

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra aq
cum fonte primo

Vadunt animalia ad utilitatem
proximi, stant ad custodiam sui,
eleuantur ad contemplationem Dei. Sed
et rote pariter uadunt, stant et eleuantur
quia quesita sacra lectio talis inuenitur,
qualis et fit ipse a quo queritur.
Ad actiuam uitam profecisti,
ambulant tecum; ad immobilitatem
atque constanciam profecisti,
stant tecum; ad contemplatiuam uitam
per Dei gratiam peruenisti,
uolant tecum.

Gregorius ibidem (omelia VII. super
Ezechielem).

Vadunt ergo animalia ad utilitatem
proximi, stant ad custodiam sui,
eleuantur ad contemplationem Dei. Sed
et rotae pariter uadunt, stant, eleuantur,
quia quaesita sacra lectio talis inuenitur,
qualis et fit ipse, a quo quaeritur.
Ad actiuam enim uitam profecisti?
ambulat tecum. Ad immobilitatem
atque constantiam spiritus profecisti?
stat tecum. Ad contemplatiuam uitam
per Dei gratiam peruenisti?
uolat tecum.

Gregorius Magnus, *Homelie in
Hiezechielem prophetam*, 1, 7, 15-16
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.93,
ll.328-336).